cap. 7. §. 1. num. mihi 1. ver. Porro, & illud, D. Gregor. Lop. ad l. 18. gloss. 5. tit. 11. part. 4. D. Molina de Hisp. primog. lib. 1. cap. 26. num. 18. vertic. Quod precipue, Matienç. ad l. 2. tit. 9. lib. 5. compil. gloss. 1. n. 88. Mier. de maiorat. 1. part. q. 10. à n. 166. ver. & ex his, & remissuè ad eum locum 3. p. 9. §. 5. numer. 27. in fine, à quibus perperam recedit Auendañ. d. n. 17. ver. Quamvis contrarium. Melius itaque ipse pro exemplo à se in sumario eiusd. num. tradito, afferre posset quod de feudo à vasallo empto ex pretio prioris, à se in casu permissio venditi, quod nisi in antiqui locum subrogetur, nouum dicatur, dixerat n. 15. ver. Sicut feudum, nosque ad sequens exemplum multis exornabimus.

80 Quartum subnequit exemplum Auendañ. d. c. 60. n. 18. in re maioratus destructa, puta domo, casu fortuito collapsa, quæ & si postea à possessore noniter (vt ipse loquitur) consecratur, siue reedificetur, qualitatem maioratus non recuperat, nisi ex noua voluntate, & subrogatione in locum antiqua, vt eidem maioratus subiecta sit, Regia etiam facultate ad id obtenta, si sub ea maioratus fuerit institutus. Quod sanè exemplum in se falsissimum est, malèque id colligit Auend. ex doctrina Gregorij Lopez in l. 6. tit. 11. p. 6. gl. 4. verbo que la non pudiese vender, quam glossam (quæ longissima est) citat ipse Auendañ. col. 8. in princip. ac simul citat Mierium, velut Gregorij ibidem asseclam, in tractat. de maiorat. 3. p. 9. §. n. 8. in quo numero iuxta nouissimam editionem, nullam Mierius Gregorij mentionem facit, nec de maioratu loquitur, sed tantum n. 32. vbi citat Gregorium in relata glossa, fol. 84. col. 1. in princ. quò loci iuxta vltimam eius Gregoriani operis editionem anni 1611. quam vterque author repperisse videtur, adest septima Gregorij questio, quam solam allegando (cùm per questiones ille procedat, quarum numeri ad marginem notantur) confusionem facile vitare possent; ibi verò Gregor. & Mierius d. num. 32. qui eum refert, & sequitur, de domo maioratus collapsa, vel destructa, & alia loco eius reedificata, vt hæc maioratus qualitatem non recuperet, nullum verbum emittit, vt nec possent, obstante apud nos apertissima decisione legis 46. Tauri, quæ est lex 6. tit. 7. lib. 5. noua compilat. vbi reedificata in domibus maioratus quomodocumque facta, siue illas ampliando, siue reparando, siue etiam omninò collapsas reedificando, illicò ipsius maioratus efficiuntur, & in possessorem vtilitatem cedunt, quinimò adeò, vt illi ad expensas in huiusmodi reedificatis factas minimè teneantur, quod tamen vltimum an generaliter verum sit, vel procedat tantum in casibus ibi enumeratis, non parùm controuersum est apud ordinarios earum legum interpretes, & alios quos referunt D. Ioanna del Castil. qui latissime prosequitur quorid. controu. tom. 5. cap. 65. à n. 16. 88. & 94. Addentes ad D. Molin. (qui leges illas generaliter accipit, latèque defendit) lib. 1. de primogen. cap. 26. ex n. 15. D. Ioan. Valerius de differentiis inter vtrunque forum, verbo maioratus, differ. 2. sed Gregor. d. 9. 7. & Mierius d. n. 32. qui eum refert, & sequitur (quorum authorit. Auendañus nititur) dumtaxat loquuntur de re extracta à maiorata ex facultate Regia, alioque maioratu ex ea facto, afferentes quòd si res extracta redeat ad priorem dominum (hoc est primi maioratus possessorem, puta vocato ad secundum abfque liberis decedente) non re incidit in primam maioriam, nec possessor potest eam abfque noua Regis facultate condere ex re illa, quæ iam maioratus esse desist. argum. Text. in l. licet 8. §. si voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. fol. illic. Si voluntate creatoris fundus alienatus est, inuerecundè applicari eum sibi creditor desiderat, & in l. si sita legatum 6. §. si domus (pro quo corruptè Mierius citat §. ubi si vult) ff. de

legat. 1. illic. At si ea domo destructa, aliam eodem locorestatorem edificauerit, dicemus inuerecundè, nisi aliud restatorem sensisse fuerit approbationem, quem Textum supra late explicauimus num. 62. Idque verum ac proprium exemplum est, quòd afferre Auendañus debuisset in suæ sententiæ comprobationem; pro quo & citare posset Gregorium, idem per Textum in dicto §. si domus, in simili doctentem d. gl. 4. q. 29. ex cuius resolutione in vtraque questione colligitur, quòd res, quæ semel exiit à corpore maioratus, aut eius qualitatem amittit, abfque noua facultate nouam non reassumit qualitatem, quippe quæ in perpetuum alioqui extincta est, vt late resoluit Mierius de maiorat. 1. part. quest. 11. à num. 50. maxime num. 52. cuius sola authoritate, num. 4. iuxta priorem editionem relati, nititur Auendañus dicto cap. 60. num. 18. id quod multo apertius, ac distinctius prosequitur, & explicat D. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. à num. 30. ad 35. inclusiuè, cui consentiunt plures relati ab addentibus sub istidem numeris. Ex quorum resolutione constat, quòd si quidem res maioratus abfque Regia facultate alienata est, cùm alienatio nullius momenti sit, nec pretium, nec res alia, ex eo etiam tali lege empta, vt in illius locum subrogetur, ipsius naturam non eum emittit, nisi Regia facultate, vt ita emi, ac subrogari possit, præcedente; si verò alienata sit ex facultate Regia ita concessa, vt ex illius pretio alia res ipsi maioratu comparetur, sub eademque lege emptio, & venditio fuerit celebrata, tam pretium, quàm res ex eo empta, nisi mobilis non pretiosa sit, vel eius naturæ, vt in maioratu subrogari non valeat, eidem maioratu subficientur; quinimò & si expressè non sit res ex pretio prioris ea lege empta, vt in maioratu subrogetur, sed simpliciter, in dubio tamen censetur ita empta, in executionem facultatis, quæ præcedit, argum. l. quædam mulier 76. ff. de reuend. cum similibus. Secus si expressè fuerit proprio nomine empta, quia emittit tantum, & si callide in hoc versati, post factam ei traditionem, & non maioratus erit, ex regula Textus in l. si ex ea pecunia 6. Codice de reuend. l. qui aliena 8. Cod. si quis alteri, vel sibi, cum similibus, relatis supra num. 78. Inuaut quæ sub eodem num. late diximus de re empta ex pretio, ex alterius venditione redactò, quòd ita demum illius naturam, & qualitatem assumat, si ea lege ematur, vt in illius locum subrogetur. Quod & in fundo ex pretio alterius, licet à vasallo venditi, sub eadem lege comparato post Iacobum de Bellouiso docerunt Bald. num. 6. Matth. de Afflict. num. 11. Aluarottus num. 5. & alij in cap. 1. de feudo non habente propriam feudi naturam, in vltibus feud. idem Afflict. in cap. 1. num. 5. de vasallo decrep. atar. & ad consil. Sicil. Rubr. 63. de officio Bainlor. num. 10. Aret. cons. 14. num. 3. ver. Item præiudicat, Taf. & Alciac. num. 6. in l. si cum seruum 2. §. si cert. per. Tiraq. de reuend. consang. §. 32. gloss. vnic. n. 20. ver. Ex quo, Gutierrez. pract. quest. lib. 3. q. 88. n. 11. & 12. Hent. Rosental. de feud. cap. 2. concl. 16. num. 1. & cap. 4. concl. 8. num. 2. & vbiq; in notis (vbi alios plures congerit) Auendañ. d. cap. 60. de censibus num. 15. ver. Sicut feudum; constat autem, quòd à feudo, saltem ex ex iuris communis ratione procedit, nec ei contrarium est, aut alia diuersa ratio non datur, validè ad Hispanorum maioratus argumentum sumitur, vt resoluit D. Molina de primogen. libro primo, capite septimo, numero sexto, Cassanate cons. 57. à numero 60. Parlador. in sequenti. differ. 19. numero 10. Nicol. Intrioglio, & Hent. Rosental. de feud. ille centur. 1. question. 57. numero 52. hic verò capite 1. concl. 11. numer. 3. & in notis littera E, & cap. 9. membr. 1. concl. 27. num. 6. cum relatis litt. T. & nominatim eo argumento in proposito vltur

tur D. Molin. d. lib. 4. cap. 4. n. 36. receptus à Patre Molin. & alius, quos referunt addentes ibid. & à Ioan. Gutier. d. q. 88. n. 13.

81 His itaque exemptis, sic rectè explicatis, & exornatis, non malè comprobatur quod cum Auendañ. d. cap. 60. num. 14. & aliis, superius dicebamus sub numero 76. qualitatem census, semel extinctam per extinctionem domus, super qua ille constitutus est, regulariter non suscitari per voluntariam domus reedificationem. Nec obstat, quòd hæc videtur facta ad subrogandam nouam hanc domum in locum antiquæ, atque ita omnibus eius qualitatibus gaudere debet, iuxta vulgarem regulam, quòd subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quam probauit, & exornauit pluribus Dissertat. 27. num. 8. & exornat nonnullis aliis D. la Rea disputat. 20. Granatens. num. 20. Tum quia de tali subrogatione minimè constat, nec in dabo præsumenda est, cum debitori valde præiudicialis sit, quippe qui per extinctionem rei censuali à census obligatione liber erat, cui iterum se submittere velle præsumi non debet, contra iuris principia, quæ in simili induxi, & exornati Dissert. 30. n. 34. 35. & 66. confert & Textus in l. filiusfam. 8. §. inuitus, illic, inuitum accipere debemus non eum emittit, qui contradiçit, verum eum quoque, qui consensisse non probatur, ff. de procurat. & in l. qui vas 48. alia 49. §. Quid si dominus, ver. Vetare, ff. de iurr. maxime quia subrogatio propriè non fit in locum rei extinctæ, sed durantis, l. item illa 18. §. 1. ff. de constituta pec. cum aliis in proposito relatis à Lud. Rom. in l. certi conditio 9. in princip. n. 11. in fin. ff. si cert. pet. & ex mente Baldi, quom inducit, docuit etiam Matens Ant. Natta cons. 438. num. 44. sequuntur Hippol. Rimin. cons. 113. num. 121. tom. 2. Tusch. pract. concl. tom. 7. lit. S. cons. 57. num. 56. Aug. Barbof. axiom. 213. num. 5. Tum etiam quia nec debitor in specie nostra per expressam subrogationem nouæ domus in locum antiquæ censuali, se ad census obligationem iam extinctam regulariter obligare posset, ergo multò minùs per tacitam, obstante regula quæ colligitur ex l. qui ad certum 14. ver. Et idèo, ff. locati, & l. certa 6. ff. de precario. Antecedens probatur, quia etiam ab initio non posset censuarii obligari ad domum collapsam reedificandam, & denuò reditus solvendum, nisi id pactum in isto pretio communem excedente taxam componeretur, iuxta ea quæ resoluimus d. num. 76. ergo nec ex post facto obligari poterit per relatum subrogationem, nisi & illa iusto census pretio componeretur; quia præfata subrogatio regula tunc demum locum obtinet, cum eadem ratio, qualitas, vel solemnitas datur in subrogato, quæ in eo cui subrogatio fit, secus si diuersa, cum in fundo 78. al. 80. §. si fundus, ff. de iure dot. l. 1. §. si quis autem 29. ff. de successor. ed. l. Lucius Titius 14. ver. Item quæro, ff. de fidei commiss. libert. & vltra ordinari. vbiq; notantur Alex. cons. 106. n. 17. lib. 3. Paris. cons. 49. n. 78. libro 3. ac post alios Francil. Beccius cons. 101. n. 59. Surdus cons. 31. num. 41. cons. 138. numero 21. consil. 143. num. 48. & 49. & cons. 269. numero 30. & de aliment. tit. 9. quest. 21. numero 21. Menochius de arbitrar. libro 1. quest. 54. numero 31. & consil. 168. num. 22. tom. 2. & cons. 427. num. 8. tom. 5. Riminal. iun. d. cons. 113. numero 29. Ludouicus Morocius cons. 49. num. 3. Aldoninus cons. 104. n. 103. Polidor. Ripa obseruat. 250. num. 4. Petrus Barbofa in l. 2. in princip. 1. part. num. 1. ver. Ex qua quidem, ff. solut. matrim. Mieres de maiorat. 1. part. q. 11. non. 53. & 54. D. Valencuela cons. 60. n. 4. & cons. 63. n. 177. & 178. tom. 1. & cons. 190. n. 47. 50. 51. 53. & 54. tom. 2. Trichus d. concl. 757. num. 57. Marins Giurba cons. crimin. 99. n. 13. D. Franciscus Salgado D. D. Ios. Vela Dissertat. Iuris Tom. I.

de Regia protelt. 1. p. cap. 3. n. 45. August. Barbofa d. axiom. 213. n. 3. Gabr. Aluarçz ad axiomata iur. lit. 8. n. 62. Addentes ad D. Molin. d. lib. 4. cap. 4. ad n. 36. & 37. ver. Et hæc de regula, & in terminis nostris Ludou. Auendañ. de censib. d. cap. 60. n. 18. versiculo. Vnde hæc sententia. Quo fit, vt si tempore creationis census conditio reedificandi iusta interuenisset, ob magnum, & excessiuum pretium vltra communem taxam, quòd conditioni illi æquiualeat, edificium denuò iponte factum, quippe ad quod faciendum virtute illius conditionis, seu pacti debitor compelli posset, iure censeri debeat subrogatum in locum antiqui, cum qualitate censuali? cùm in hac specie diuersa ratio in subrogato non detur, vt concludit rectè idem Auend. d. cap. 60. n. vlt. ver. Si vero: faciunt quæ de possessore maioratus obligato ad subrogandum in locum rei maioratus alienate, vt in dubio talem subrogationem facere censetur, cùm ex pretio vendite rem aliam emit, docuit Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. n. 34. cùm quo & nos idem supra obseruauimus n. 80. versus fin. ver. Quinimo.

Quæ hæcenus late diximus de extinctione census ob extinctionem rei censite, procedunt in extinctione rei, fortuito contingente abfque vlla censuarij culpæ, secus si per eius culpam illa contigerit, tunc enim is ad rei redintegrationem tenebitur, puta domus, vel molendini reedificationem, & interim ad census solutionem, vt docuit in terminis Auend. d. c. 60. n. 19. argumento Text. in l. arborès 59. al. 66. illic. Et tempore facti, non culpa fructuarij emeris, ab eo substitui non placet, ff. de usufructu, l. si cum venderet 13. §. fin. & in l. si seruos 25. ver. Sicut enim, inuenta gl. verbo culpa, ff. de pignor. act. l. si nulla 8. inuenta gl. eod. verbo, C. eod. tit. l. seruum 27. ver. Quid si eum, inuenta gl. verbo teneatur, ff. de pignor. §. fin. inff. quib. mod. re contrari. obligatio, & vbiq; communi l. 20. ver. E por ende, vbi & notat Greg. Lop. gl. 5. tit. 13. p. 5. quibus in loeis, & si quis ad damnum fortuito calu contingens non teneatur, teneatur tamen si eum calum ipsius dolus, vel culpa præcesserit, opt. Text. in l. si vi certo 5. §. quod vero 4. ff. commodat. Idque procedit, & si culpa admittat fit in re propria, alicui oneri, vel restitutioni obnoxia, l. cum autem 23. §. cum reddidit, vbi notat gl. verbo vel culpa, l. adies 25. §. quid ergo 5. & l. quod si nolit 31. §. si mancipium 11. illic. Nam si culpa eius decessit, pro viuo habendus est, & (aliis vt) præstentur ea omnia, quæ præstentur si viveret, ff. de editis, edito, l. etiam 18. al. 19. §. licet, inuenta inductione Bart. n. 1. opposit. 1. & Alex. n. 6. ver. In gl. in verbo culpa, ff. sol. matr. l. domos 58. inuenta l. si modo nulla 59. ff. de legat. 1. ac voluit gl. verbo asserit, in l. qui exceptione 40. §. si pars, ff. de condic. indebiti, latèque prosequitur, & explicat Tiraq. de retractu consang. ad fin. tit. à n. 69. Osnald. Hillig ad Donel. lib. 1. comm. c. 7. lit. E, ver. Nam quoties, nosque olim notauimus in enarrat. methodica de præfatione contractuum ad l. contractus 23. ff. de regul. iur. c. 2. n. 12. Quæ tamen regula præcisè non euincit in specie nostra, censuarium ad reedificationem, & census solutionem cogendum, sed vt damnum, & interesse creditoris restat; quod fieri quidem potest, vel dominum, aut molendinum, dolo, vel culpa debitoris destructa reedificando, ac denuò super eis censum constituendo, vel illum (si malit debitor) super alia ipsius immobili re æque idonea, ac prior fuerat, imponendo, vel denique (si & hoc refugiat) integrum census pretium creditoris reddendo (quod ipse pro libito, re etiam durante, semper facere potuit) quomodo longè melius explicauerunt Nauar. ad cap. si fuerit 1. 4. q. 3. sub tract. de censib. q. 2. n. 118. ver. Secundo dico, Federic. Mart. de censib. cap. 8. n. 221. Par. Mol. de inst. & iure 10. 2. tit. 2. disp. 394. n. 3. ver. Quid autè, Em. Rod. in summa verb. celos, con. ac. n. 14. ver. O o 3

Verdad es, & in explicitat. motus proprii de censibus, condit. 5. dub. 2. Ferdin. Rebellus 2. p. de obligat. iustitia, q. 6. num. 18. & 19. Leonard. Lessius de iust. & iure lib. 2. cap. 22. n. 91. Reginald. Azorius, Bonacina, Scaccia, & Lud. Cenc. supra à nobis relati dissertat. 28. n. 29. ad fin. vbi & Auendañi meminimus, sic cum accipientes d. n. 19. & adhuc post nonnullos alios Stephan. Gratian. disc. ept. forens. tom. 4. cap. 654. n. 7. & 8. Christophorus Marcius post decif. 29. Rota Senensis, examinat. 18. ex n. 1.

Ad quintum, & vltimum prioris sententiae fundamentum n. 14. allatum ex extranag. 1. & 2. de empr. & vendit. verè & concludenter (ni fallor) respondimus n. 17. illud potius pro nostra retorquentes, vt & fecere Nanar. ad cap. si fenaueris 14. q. 3. sub tract. de censibus q. 3. n. 74. verè. Secundo quod praefate, Ioan. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empr. §. 2. n. 63. circa finem principij, verè. Probatur etiam, Valalc. de iure empr. q. 32. n. 16. verè. Et id quoque Pat. Ludou. Molin. de iust. & iure tom. 2. disp. 383. n. 12. verè. Hinc constat, Ioan. Azot. 3. p. iust. moral. lib. 10. cap. 5. q. 2. post medium, verè. Sed certè eiusmodi responsio, Fachinens controuers. lib. 2. cap. 44. verè. Quibus verbis, Ludou. Auendañ. & Ludouic. Cenc. de censibus, ille cap. 58. n. 34. & cap. 60. n. 10. hic verò p. 1. cap. 3. q. 1. art. 6. n. 37. & 38. Petrus Binsfeld. ad cap. in ciuitate, de vsur. q. 12. concl. 2. ad 7. condit. verè. Neque refert, ac ferè omnes alij, supra à me relati n. 42.



DISSERTATIO XXXIV.

Quod ius ex censu consignatiui constitutione super certo fundo facta contrahatur? Variè circa hoc sententiae, earumque effectus recensentur, quæ ad duas principales rediguntur, quarum verior eligitur & ex vera huiusmodi census diffinitione vitra omnes tradita verissimè con. probantur; vnde plura alia ad praxim vtilia inferantur, maximè illius quæstionis resolutione, quo ex tempore rei censitæ possessor census iuri aduersus dominum præferat? & obiter de præscriptione tertij hypothecæ possessoris in debitis momentancis, ac de differentia inter vnum, & alterum casum.

S Y M M A R I A.

- 1 Veritas sapiens exagitata magis splendescit in lucem.
- 2 Censu constitutio super certo fundo facta, ex aliquorum sententia, veram, & propriam inducit hypothecam, caterarum regulas in omnibus sequentem, nisi ad certum fundum fuerit limitata.
- 3 Hinc sententia consequens est primò, talem hypothecam accessoriam esse personalis obligationis, velati principalis, adeoque conservari in persona debitoris, & si fundus subingatur, vel minus idoneus redituum solutioni effectus fuerit, vel etiam penitus extinctus.
- 4 Secundo talem hypothecam requirere exconsensionem debitoris, antequam ad singularem rei possessionem deueniat.
- 5 Tertio, huiusmodi hypothecam indiuiduam esse, pro-

ut est sui natura quolibet vera. & propria hypothecæ & n. 8.

Hypotheca si in pluribus fundis consistat, qui ad diuersos deuenierit possessores, quilibet in solidum hypothecaria actione conueniri potest, etiamsi vniuersales successores sint debitoris hypothecarij ibid. cum 2. n. loqq.

6 Haeredes debitoris personalis absque hypotheca pro virili tantum parte pro tali debito conueniuntur, quod si debitum hypothecarium sit, singuli haeredes hypothecatas res possidentes, in solidum pro eo tenentur.

7 Hypotheca possessores si plures sint, etiam ex titulo singulari, quilibet in solidum pro debito hypothecario conuenitur.

8 Censu potest consistere super diuersa rebus, seu praedijs, et specialiter subingata.

9 Possessor cuiuslibet rei censui subingata, est alia possideatur ab alio, in solidum pro reditu ex plurimorum sententia, quamquam non omnes in ratione conueniant conueniri potest, idque praxi receptissimum est, ibid. & quid in puncto iuris n. 5 & 6.

10 Censu constituitur super certo fundo vel fundis simpliciter facta, ex aliorum sententia, & si veram ac propriam inducat hypothecam, non tamen illam inducit regularem, sed irregularem, & in eo potissimum, quod exconsensionem debitoris principalis non requirat.

11 Censu tamen creditor, iuxta hanc sententiam, poterit si voluerit, anullo rei censitæ possessore census impositionem, eiusve haeredes personali actione pro exigendo reditu directò conueniri, & quare? ad de veritate n. 60.

12 Hypotheca censuali irregularitas in eo quoque à nonnullis statutis, quod si in pluribus consistat fundis, ad diuersos possessores deuenientibus, non potest à quolibet in solidum census exigere, sed tantum pro rata rei possessa.

13 Censu constitutio, ex aliorum sententia, veram ac propriam hypothecam in re censita non inducit, sed ius aliud reale, per se subsistens, cuiusdam oneris perpetui, & quasi seruitutis immotuatæ, praedio inherens, quod quilibet eius possessorem sequitur, & n. 26. & 48.

14 Iuxta hanc sententiam possessor quilibet rei censitæ pro reditu directò conuenitur, nulla debitoris censuali, vel eius haeredum excussione praemissa, ex ipsa census natura, absque vlla limitatione regula in hypothecis tradita, & n. 55.

15 Imò necessario tertius rei possessor, iuxta hanc sententiam, pro reditu conueniendus est, nec aduersus census debitorem, vel eius haeredes actio personalis regulariter dirigi potest, & n. 55.

16 Nisi in subsidium, cum possessor solvendo non est, & n. 55.

17 Vel si res censita fuerit euicta, sine euictio fuerit promissa, quod huic contractui minimè repugnat, siue non, & quare? ac n. 55.

18 Emptio, & venditio vera celebratur in censuali contractu non rei censitæ, sed iuris exigendi ex ea redituum annuum, ibid.

19 Euictio in contractu emptionis, & venditionis ex ipsius natura venit, est nihil à contrahentibus dictum fuerit.

20 Censu creditor, secundum plures, potest reditu decursos antequam res censita ad tertium possessorem perueniret, vel ab eo, vel à debitor, eimve haeredibus pro libito exigere. Contrarium defenditur ex n. 56.

21 Decursus, vel decurrendos ita demum, ex aliquorum sententia, à tertio rei censitæ possessore exigere potest, si se irrequisito res ipsa in eum fuerit alienata secus alius, & quare? Contrarium defenditur num. 62.

20 Si plures sint res censui specialiter subingatae, & diuersi earum possessores, non potest quilibet in solidum, sed pro rata rei possessa pro reditu conueniri, ex natura iuris realis, contracti ex censu impositione super illis rebus, & quare? ac n. 63.

21 Censu constitutio super certo fundo, vel feudis, ex aliorum sententia inducit tantum ius verè, & propriè hypothecarium, personalis constitutis obligationi accedens, quam ius reale, per se, & principaliter subsistens, adeoque contrarias producit actiones, ex vno & altero iure resultantes, quarum altera ex electione competit.

22 Ex Auctoris tamen sententia tantum potest inducere vel ius verè, & propriè hypothecarium, idque regulare, & ordinarium, vel ius aliud reale, per se ac principaliter subsistens, & personalem constitutis obligationem velut accessoriam ad se trahens, & quare?

23 Regula in dubio haerendum est, nec ab ea recedendum, nisi eius limitatio in aliquo speciali casu ostendatur.

24 Contraria in eodem subiecto consistere simul nequeunt.

25 Actiones due contrariae possunt alicui ita competere, ut vnam ex his, quam malit actor, eligere possit, & qualiter hoc accipiendum sit?

26 Censu consignatiui diffinitio, varia ab interpretibus traditur, remissive.

27 Legis omnis diffinitio 102. aliter 102. ff. de reg. iur. communis intellectu refertur, & exploditur, cum numeris sequentibus, & verus traditur, n. 30. & 31.

28 Diffinitio quidammodo illa propriè non est, sed descriptio potius, qua subuenitur, siue bona diffinitionis requisitis caret, & qua illa sint?

29 Diffinitio propriè à definitione differt, licet frequentius apud Auctores haec vocabula confundantur, & quid propriè diffinitio sit? in quam rem quamplurime leges expenduntur.

30 Vox ambigua in ea significatione semper est accipienda, quæ rei de qua agitur aptior sit.

31 Lex 1. in verbis, cum in aliquo vitata est, expenditur, & intelligitur.

32 Regula proprium est vitari, siue in aliquibus casibus fallere, ac limitari, ibidem.

33 Censu consignatiui redimibilis diffinitio non ab Auctore traditur.

34 Contractus verbum omnes contractuum species comprehendit, tam à iure gentium introductas, quam à iure civili, & qua sint illa?

35 Censu consignatiui redimibilis à consuetudine originem ducit, non à iuramento, ut plerique falso existimantur.

36 Contractus feudalis, & liuellarius, moribus, & consuetudine introducti sunt.

37 Censu consignatiui redimibilis à Romanis Pontificibus sub certis conditionibus permissus est, atque ita excluditur, ac secernitur à fenneratio qui iure tantum civili vsque ad certas metas permissus fuit, & à liuellario, cui palliata inest vsura.

38 Censu consignatiui redimibilis ad sui substantiam requiritur pretij acceptio, in eoque distinguitur à simpliciter contractum emptionis, & venditionis, qui pretij conuenientiam dumtaxat exigat, & ille accedit magis contractibus, qui re celebrantur.

39 Pij constitutio aliter pretij numerationem desiderat, quam cetera extraneas, ibid.

40 Distinguitur etiam à censu iam constituto, & censibus, aliis modis quam per venditionem impositionis, & quare?

39 Pretium iustum et si exigatur ad censu consignatiui iustitiam, non tamen ita, ut eius defectus irritum ab initio reddat totum contractum, sed ut locum faciat reduktioni ad iustum pretium, contractum dumtaxat irritum, quatenus pensiones perceptæ superant illud.

40 Lex 6. vers. Y assi ordenamos, inulto vers. Y no se pueda, tit. 15. lib. 5. nouæ compilat. expenditur, & exornatur.

41 Venditionis verbum nec sicuti supponit emptionem, & personarum diuersitatem, & quare?

42 Materia subiecta consignatiui censu neque est rei illi specialiter subingata, neque sunt eius fructus, sed ius ipsam exigendi redditus pecuniarius, super illa impositum contemplatione fructuum illius, & quare?

43 Censu fructuarij maioribus, quam pecuniarij, periculis sunt expositi, & iure Regio Hispanæ prohibiti sunt, atque antea impositi ad pecuniarij licitos reducantur.

44 Lex 4. & 7. tit. 15. lib. 5. nouæ compilat. exornatur, ibidem.

45 Censu subiecti potest res, ad qualemcumque debitoris dominium, etiam reuocabile, vel vitale tantum pertinet, modo non sit alienationis prohibitioni affectum: item res aliena de censu dæmini.

46 Subiecti etiam possunt res non propriè immobiles, sed pro talibus à iure reputatae.

47 Verbum idem potest ad diuersa referri, & diuersa simodè accipi respectu vnius, ac respectu alterius.

48 Censu consignatiui redimibilis forma in eo consistit, quod redimi possit ad libitum venditoris, non emporis, & contrarium pactum cum fennerationis redditu.

49 Eius redemptio etiam pro parte fieri potest, & contrarium pactum, ut non nisi in totum fieri valeat, & si non sit vsurarium, est tamen illicitum, & à censuali contractu remouendum, si non maioris pretio, ultra communem census taxam praestitio, compensetur.

50 Contrarium, quod talis redemptio pro parte tantum fieri nequeat, nisi ita ab initio inter partes conuenierit, & multo magis valeat conuenio contraria, quæ non pro parte, sed in totum redemptio fiat, docuerunt plures alij, qui simpliciter accepti impugnantur.

51 Partis nomine regulariter, dum de alio non constat, dimidia tantum intelligitur.

52 Censu dominus pro dimidia saltem parte redemptionem admittit, re cogi potest, non etiam pro minore, pro qua non admittenda multo magis conuenio valet, quomodo temperatur sententia existimantium, non posse per partes redemptio fieri, maximè pacto de ea re interueniente.

53 Decisio incidens Hispalensis Senatus.

54 Censu consignatiui consistere nequit absque fundo aliove re immobili, vel aquipollens frugifera, velut materia, basi, ac fundamentum, super qua, vel quo imponitur, ac venditur, & eius rei effectus.

55 Lex si fideicommissum 50. §. tractatum, ff. de iudicijs, expenditur contra Felicianum, qui ei non rectè satisfaciit, ibid.

56 Actio pro annuo reditu competens, realis est ratione rei, & oneris ei annexi, in cuius consequentiam venit obligatio personæ, & ideo dicitur personalis in rem scripta.

57 Dirigi necessario debet, reditu potest, aduersus tertium rei censitæ possessorem, nisi in subsidium, cum